



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hyperdvlia Mariana

**Berchmans, Johannes
Canisius, Jacobus**

München, 1636

Alterum eiusdem P. Antonij Sucquetij Testimonium ad P. Virgilium
Ceparium.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55266](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55266)

animique conceptu, Angelum humano
 in corpore videre, quem talem reuera
 esse, mox certius apprehendi ubi mentem
 eius penitus penetraui. Erat enim sum-
 ma eius innocentia, modestia singularis
 rara in agendo suauitas, & quod capue-
 est non humana sed cælestis. Superiorum
 erat obseruantissimus; constantissimus,
 rerum semel susceptarum, orationi de-
 ditissimus, in qua sæpe præclaris à Deo
 luminibus fuit cumularus, neque aliud,
 quam DEI gloriam spirabat. Ita ex ani-
 mi sententia restor.

Alterum eiusdem P. Antonij Suc-
 quetij Testimonium ad P. Virgi-
 lium Ceparium.

Primam partem vitæ fratris nostri Io-
 annis Berchmanni beatæ memoriæ,
 quam Reuer. Vestra diligenter conscri-
 psit, longè sanè mihi iucundissima acci-
 dit, & haud scio an alia vlla lectio gra-
 tior.

Virg. Cepar.

C 3

tior.

Et Herman. Hug. Vit. eius pag. 38.

tior. Videbar enim mihi videre denuo
 sanctum illum nostrum adolescentulum
 inter centum amplius nouitios Schola-
 sticos in tirocinio Mechliniensi veritan-
 tem Angelico suo more, veniebátque in
 mentem Sanctorum vestigiorum illius
 vitæ, operúmque bonorum, quæ, vt olim
 coram inspecta, mirè me rapuerunt, ita
 vt nunc iterum narratione Reuerentia
 Vestræ audita, me meosque ad imitan-
 dum, laudandúmque DEVM super seruum
 suo, incredibile quantum prouocarunt.
 Illud affirmo, mi pater, etiam si Superio-
 rum meorum iussu, illius regendi, instruen-
 endiq; prouinciam suscepissem, tamen
 ex quo animum eius perspectum habui
 eum semper cum admiratione suspexi
 se atque etiam nunc DEVM orare quoti-
 tidie, vt eam mihi gratiam faciat, si non
 eius coæquandi, saltem aliquo vsque a-
 sequendi. Et certè pudet me mei, dum
 aspicio venerórque in dies magis ac ma-
 gis icunculam quandam mihi ab eo re-
 lictam, cui discedens inscripsit, se filium

indi-

indignum, me Patrem. Neque verba illa sine sensu aut rubore legere queo, cum tanto me interuallo abesse sentio ab ea perfectione, quam ille tam breui est spacio consecutus. Vere orque ne aliquando Deus illo contra producto, exprobraret mihi negligentiam ingritudinemque meam. Sæpe nunc me ipsum accuso obliuionis multarum rerum, quas illum aut religiosè agentem vidi, aut dicentem audiui, ad gloriam Dei instructionemque proximi, denique promouendam Regularum nostrarum accuratam obseruationem, spiritusque teiuorem. Etsi enim multa Reuerentiæ Vestræ perscripsi, pauca tamen ea sunt, comparatione plurimorum: quæ ille absque cessatione, aut defatigatione faciebat, cum nunquam in Religionis operibus, indefessus hic Iuuenis vsurparet languidum illud: Sat est; aut Non amplius, sed generosum eius pectus auida semper, cupiditate longius vtiliusque tendebat. Et vt multa fuerint virtutum omnium ex-

ternarum, quibus eminebat, exempla,
longè certè plura fuere interiora animi
eius ornamenta, quæ ille mihi non ar-
rogantiâ sed morum fiducia apertòq; can-
dore patefaciebat. Quibus exploratis
hanc apud me de illo sententiam sum
concipere coactus, præuentum fuisse à
Domino in benedictionibus dulcedinis,
& iam inde electum ab incunabulis, in
habitaculum purissimum spiritus san-
cti, ac deinde eximiâ semper promptitu-
dine, constantiâque adnixum gratiæ di-
uinæ, cui ab aurora exorientis vitæ sinu
aperuerat mentis quàmque deinceps
conseruauerit semper.

Societatem ingressus quamdiu in
Belgio degit, viuum fuit perfectumque
religiôsæ disciplinæ exemplar, & singu-
laris obseruantix speculum. Amplius ob
ea quæ vel ab ipso accepi, vel in eo ipse
met vidi, ita semper existimaui, atque
etiamnum existimo, perpetuò eum re-
spondisse gratiæ vocationis, absq; omni
remissione, aut defectu, semperque inter

nos

nos sanctissimè vixisse. Profectò omniū
nostrū, qui cum eo viximus, quique
eum nouimus, vna semper fuit ienten-
tia, vitam inter nos duxisse Angelicam,
magna animi innocentia, agendi mode-
stia, suauitate morum, admirabili hone-
state, tranquillâ viuendi ratione, rerum
auspicatarum constantia, absolutâ obe-
dientia, promptitudinēque in seruien-
do, singulari prudentia, rerūque ge-
rendarum excellenti seruore spiritus,
continenter ob oculos positâ præsentia
Dei instar Angelorum, qui perpetuò
sunt in conspectu Domini. Verbo vno
complectar plurima, si dixerò: Benedi-
ctio Domini super caput eius, elegit
eum Dominus ex omni carne, electo ve-
rò dedit præcepta & legem vitæ, circum-
cinxit eum coronâ iustitiæ, dirigens in
exactâ religiosæ vitæ obseruatione, &
deinde magnificauit eum, & sanctum
fecit eum & induit eum Dominus coro-
nam gloriæ. In hanc sententiam veni de
optimo fratre meo, ex ijs, quæ in ipso

obseruauit, confirmantque hæ ferè res ;
Communis in eum prouinciæ huius
Flandro-Belgicæ affectus, veneratio, quâ
in eum feruntur ; per fugium orando, in
eo per fugium habent. Admirabitur for-
te id Reuerentia Vestra quod iam dictu-
rus sum, quodque ego apud me non ra-
rò cum admiratione reputauit, neque sa-
tis scio an hucusq; vnquam Sanctorum
vlli euenerit; argumentum haud dubiè
amoris communis in beatum hunc re-
ligiosumque Adolescentem, nec minus
indiciu voluntatis diuinæ in eo hono-
rando, Licet Romæ sit mortuus, nec
multis de vultu notus, eius tamen effi-
gies in æreas tabulas, à duodecim excel-
lentissimis Belgij sculptoribus est incisa;
imagines autem quâ impressæ quâ ven-
ditæ, quâ venales amplius triginta mil-
lia, supra eas, quæ obscuriorū sculpro-
rum cælo, quæ que in exteris prouincijs
factæ. Hinc conficio, felicem, beatumq;
hunc iuuenem Deo hominibusque esse
honoris; quorū Religionem Reuerentia

Ve-

Vestra augebit, prodendo res eius gestas, quæ ijs, qui huc vsque ignorarunt, futuræ sint exemplo, ijs verò qui scierint, incitamento ad imitandum, Deique maiorem gloriam procurandam.

Pergat porro Reuerentia Vestra ornare, quem DEVS exornat, & in lucem educere, quem DEVS palam posuit super candelabrum. Ego interea Deum venerabor, vt Reuerentiam Vestram dum scribet, dirigat, eiusque simillimum efficiat. Erunt hi duo, Aloysius & Ioannes duo Reuerentiæ Vestræ filij, Manasses & Ephraim: atque ita spero hunc vltimo genitum, capturū incrementa, fructusq; facturum ad gloriam DEI, & Reu. Vestræ consolationem, vt scio primum natu attulisse Reu. Vestræ obliuionem laboris omnis pro se expensi, quando tantus extitit DEI cultus ipsiusque Sancti veneratio à vita Aloysij euulgata, quam R. Vestra scripsit. Ita DEVS sanctorum animas manifestat terris, quas in caelo honorat. En Pater, quo me traxit affectus.

ctus, qui verbulo meditatus absoluere, bene longas literas scripsi. Condoneat id R. Vestra affectui, aut potius condemnet, qui de Iuene virtutibus omnibus ornato tam pauca scribens, imbecillitatem ingenij mei magis detexi, quam laudem illius, vt par erat, repræsentavi, obrutus pondere meritorum. Louanij XVI. Aprilis MDCXXIV.

Haftenus P. Antonius Sucquetius tunc tironum Societatis IESV in Flandro Belgica Magister, postea etiam Præpositus Prouincialis, scriptis typo pressis clarus,

TESTIMONIUM

P. THOMÆ BİSDOMINI.

Hic vir grauitate iuxta ac doctrina insignis, eximiae in Ioanne Berchmanno perfectionis admirator, deditam operam aliquando in Ioanne obseruare acutissime cepit num defectus alicuius

com-